

Quomodo circuli quadratura possit inueniri geometricæ? modi affertur. Lineæ equalis à peripheria semi-diametro ad rectos angulos subtenet, & triangulo clausa facit triangulum circulo aequali, & ita circulus quadratur.

men geometricè nondum illud inuentum fuit; licet concedant Geometrae quadraturam inuentam esse, si quis lineam circulo aequali assignet; vel omnem luulam quadret, vel probet lineam spiralem à rectâ tagi in planeto. Omitto cætera, ut ita loquar Geometria miracula, vt quod transiri possit à maiori ad minus, & à minori ad maius, licet per aquæ non transseas; quod linea arcuata dici possit, quæ licet in infinitum augetur, nunquam tamen neque circulum, neque circuli quadrantem consummabit; quod idem circulus tribus sui circumvolutionibus; rectas lineas inæquales circumferentia sua majori vnam, aliam minorem, & aequali aliam efficiere possit.

Profecto si tot in rebus tot infinita videmus, quæ tamen arctis limitibus costringuntur, & sunt tantu infinita secundū quid, omnino concludendū est aliiquid esse, quod sit infiniti simpliciter: & sicut omnia corpore circulo finiri, atq; concludi videmus, qui cæteris figuris mensurâ, & ordinâ ponere videatur; & sphæra esse velut idem omnium corporum, à qua legi accipiatis, debemus aliquā sphæram, aliquā circulum intelligibile constituere, qui à nulla re finitus omnia veluti circumscribat, & in eis nostris specie, legi, & ordinem ponat. Hunc autem esse Deum quis ne licet præter quem animo nostro nihil in mundo præstantius agnoscimus, quippe qui omnes figuræ, omnia visibilia tam longè latèque præteruлат, vt eum alterius mundi partem esse, vel aliquid toto mundo excellentius subdorari, & inquirere facile dixeris.

Quare Geometria vñque ad cœlos pertinet.

Ad quid obsecro Geometria è suis veluti limitibus erupens, ad cœlum caput extulit, cū soli terreno globo destinata videretur, nā ab Ægyptiis inuenta dicitur ad agros suos post annuū nili eluiens Geodesia beneficio dignoscendos) nisi quia discipulos habet ad cœlum transferendos, qui hoc in modo peregrini sunt, & patriam inquirunt? nisi quia volunt ostendere homines è cœlo suā originē habere, & illic eos aliquando reddituros ad quid reddituros? nisi vt summu illū artificè contéplaretur, qui mirabiles illi formices, non Corinthio, Dorio, aut Italico, sed ineffabili opere solus extruxit; contéplarentur inquit, vt summo bono, quod hic haberi nequit, eternū præfuerentur, & in eo perfecitè cōquiescerent. Iam iā, Athei, vos omnes prouoco, vt mentis oculis ad illam supernam patriam sublatis, mecum ea, que psaltes regius cecinist perpendatis. Beati qui habitant in domo tua Domine, in facula seculorum laudabunt. *Jubil de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. Beatus vir, cuius est auxilium abs te,*

ascensiones disposit in valle lachrymarū, vt ad te, Deus meus, ad te contemplandum festinaret. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitu cum habitantibus Cedar, multum fuit incola anima mea. Quorum profecto recordatione noua letitia perfundi videor, dñne exspecto beatam spem, & aduentum filij Dei, j̄ quo possint concinere, qui Deū agnouerint, dilexerint, & illud prophetæ meditati fuerint, Proindebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commonear; Lagus contritus est, & nos liberati sumus.

Quam felices Geometrae, qui poterunt emprexi cœli vastissima spatia dimetiti: qui perfecitè cognoscunt, quicquid hinc nescire potuerunt: qui singulorum corporum lineas, superficies, soliditates, & pūcta clare numerare, & mutuam inter ea proportionem intueri poterunt, ita tamen, vt semper optimum Geometria, cæterarumque scientiarum auctore beata visione contemplentur, nec enim admirabilis ille scientiarum omnium intuitus visionem diuinam impedit: tanta est animi beati capacitas! Faxit is, ob cuius amorem hæc omnia argumenta ex scientiis deprimimus, vt Athei stultas illas opiniones penitus abiiciant, quibus suam mentem, & rationem fœdis errorum, & impietatum nebulis obduxerunt, vt tandem omnes in patria sumum illum Geometram suspiciamus, atque venemur, qui modo inexplicabili *ad reges etiā apud mīmī*, suam videlicet essentiam, quam solus comprehendit, & eam omnium beatoe viuentium terram constituir, cuius iustos heredes futuros sapientia psalmis decantauit habemus.

Nolim in presenti cætera persequi, quæ ex Geometria penit mihi deprimenda posse videntur, vt ad Dei cognitionem deueniamus, & eum necessariò admittendum esse demostremus, ne vel probationis istius moles in immēsum abeat, vel ob nimium terum Geometricarum acumen Atheorū mens retundatur; quorum oculos si linitis, & demonstracionibus fatigauerim, iam iam autes mirabilis recreatur concentu, & harmonia me recipio, vt saltem auribus ad Deum Op. Max. torius mundi Chorallā adducā, quos oculis minimè pertiraxero. Plurima verò ad Geometriam pertinentia legere poteris, vbi luminaria Genesos, & eorū altitudines, magnitudines, distâncias, atque motus perscrutamur. Verùm iam audire mihi videor mundi rotius systema, quæ seiplam velut superans, exilit, quod etiam ad autorem suum ab impiorum imposturis vindicandum conferre debeat, vt igitur dulcissimos illius concensus percipiamus, sit.

RATIO XVIII. Musica suum etiam symbolum confert.

VNde obsecro tantam delectationem nobis in generari putas, cū organa, panduras, psalteriū, sambucā, tubas, tympana, testudines, cæteraque id genus instrumenta, iunctāsque cum eis hominum voces, atque symphoniam inde resultantem percipis? nonne qui Deus est, à quo, vt ab inexhausta voluntatis oceano tantilla delectatio promanat? Quis hemiolio sonoro, epítrito ditónico, ditono, atque semiditonio tantam vim indire potuit, vt animum efferatum ad debitā tépetem reducant? Nunquid omnium perfectissimum Diapason nobis ostendit, quomodo nos cum singulis creaturis ad Dei voluntatem accedere, & cum ea consonare debemus? cu-

ius excellentiā D. Aug. 4 de Trin. c. 2. his verbis exprimit. *Hec enim congruentia, sua conuenientia, vel concinnitatem, vel consonantiam, vel si quid commodius dicitur, quod est unum ad duo, in omni cōpaginatione, vel si melius dicitur, coaptatione creature valet plurimū. Hac enim coaptationem, scut mihi nunc occurrit, dicere volui, quam Greci apollias vocant. Neque nunc locus est, vt ostendam, quantum valeat consonantia simpli ad duplex, quæ maxima in nobis reperitur, vt sit nobis insita naturaliter: à quo utique nisi ab eo, qui nos creauit, vt nec imperii possint eam non sentire, siue ipsi cantantes, siue alios audientes; per hanc quippe voces actores gratiose concordant, ita ut quisquis ab ea dissonerit, non scientiam,*

Pulchra de
Diapason
ex D. Au-
gustin.